



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXXVI. Bischof Meinhard von Halberstadt beleihet die Markgrafen Johann
und Otto von Brandenburg mit den Gütern, welche sie von der
Halberstädter Kirche besitzen, namentlich mit dem Schlosse ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

appellatur, ducentos Manfos in principio sue fundationis adjecimus, quorum quinquaginta ad pascua deputandos, reliquos vero centum quinquaginta cultui Agrorum duximus destinandos, de quorum quolibet nobis eorum possessores quilibet in dimidii fertoris pensione annua respondebunt, transactis dimidaxat quatuor annis, quos incolis ejusdem Civitatis indulgimus libertatis. Predictam etiam Civitatem eodem jure, quo Civitatem Nostram Stendal gavifam esse volumus et contentam, hoc nihilominus adjicientes ad ipsum Commodum Civitatis, quod omnibus ipsam inhabitantibus ad Edificia sibi necessaria ligna incidere liceat et afferre per totam provinciam, tam de bonis nostris liberis quam porrectis. Adhec noverint Univerfi, quod jam dictam Civitatem, bone fame viris Conrado de Therewist, Johanni de Grevendorff et fratribus ejus Henrico, Friderico de Kercham et Berengho, sub forma gracie talis dedimus incolendam, ut totius census tam de areis quam de manfis pars tertia sit eorum, sicut et tertius denarius in ipsa Civitate per judicium acquisitus erit illius, qui fungi debet officio prefecture, Excepta tamen acquisitione illa, que de judicio provenit Sclavorum, quos speciali nostro judicio seu advocati nostri, qui pro tempore fuit, volumus tam intra Civitatem quam extra utiliter subiacere. Et ne in una eademque Civitate in personas plures distribui contra consuetum alias prefecture titulus videatur, unum tantum ex eis Conradum ad Prefectum Titulum volumus optinere. Super predictis omnibus, ne cavillosa in posterum queat rimula inveniri, presentem paginam Sigillorum nostrorum appensionibus duximus muniendam, Testes idoneos adhibentes, quorum nomina hec sunt. Dominus Otto de Hadersleben, Heinricus Pincerna, Fridericus de Bertikow, Guntirus Advocatus, Albo Marscalcus, Gerardus de Kerkow, Albo de Platin, milites, et alii quam plures, tam servi quam milites tunc presentes. Acta autem sunt hec Anno Dominici Incarnationis Millefimo ducentesimo quadagesimo quarto. In Dominica, qua Cantatur Oculi mei semper.

Nach Klüver's Mecklenburg Thl. II, 130 mit Correctur augenscheinlicher Fehler. Daraus in Frank. Alt- und Neu-Mecklenb. IV. Kap. XXIII, 177. und mit Veränderungen in Buchholz Gesch. d. Churm. IV, 75.

XXXVI. Bischof Meinhard von Halberstadt beleihet die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg mit den Gütern, welche sie von der Halberstädter Kirche besitzen, namentlich mit dem Schlosse Alvensleben, am 22. Mai 1245.

M., dei gratia Halberstadenfis Episcopus, omnibus hoc scriptum auditoris in perpetuum Notum esse volumus, quod illustribus principibus Marchionibus Brandenburgensibus bona, que ab ecclesia Halberstadenfi et nobis tenent, integraliter simul utrisque in solidum concessimus, quod conjuncta manu appellatur, et expresse castrum Alvenfleue eo iure, quo ab antecessoribus nostris idem castrum tenuerunt, ita videlicet, ut turrim, muros, sepes exteriores et alia castri propugnacula ad eum statum, quem pie recordationis Friderici predecessoris nostri tempore habuerunt, valeant reformare. Edificia vero lignea et lapidea interius et exterius ipsis libere edificare permittimus, prout eis videbitur expedire, dimittentes eis omnem rancorem, siquid aduersus eos vel eorum homines, tam clericos quam

laicos uidebamus habere, promittentes cum eis firmam concordiam et perpetuum amicitie fedus inuolabiliter obseruare, adicientes, quod clericos eorum plebanos seu alios, si forsan propter transgressionis vel inobedientie notam in nostram sententiam inciderunt, ipsis sine difficultate per nos vel per dilectum in Christo abbatem de Hildesleue, cui uices nostras in hac parte committimus, absolutionis beneficium impendemus. Cauebimus etiam dictis Marchionibus, ne de terra nostra ipsis vel eorum hominibus in persona vel rebus malum aliquod inferatur, et si casu quocumque factum fuerit, cum id ad nostram notitiam peruenerit, reuocari faciemus. Hujus rei testes sunt Olricus Comes de Regenstain, Fridericus Comes de Kirberg, Henricus de Zeringen, Johannes dapifer, Johannes de Gatersleue, Tidericus de Hartesrode, Fridericus de Herfleue, Olricus Aduocatus de Horneburg, Henricus de Scheningen, Tidericus Crocz, Fridericus Planke et alii quam plures. Et ne hec a nobis vel successoribus nostris infringi valeant, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri fecimus appensione roborari. Actum in placito apud Tschifleden, anno domini M^o. CC^o. XLV. secunda feria in rogationibus.

Nach dem Originale des k. Geh. Kab.-Archives 486, H. — Gercken's Cod. dipl. Br. V, 76. — Im Kyrbergerischen Copialbuche befindet sich ein an demselben Tage ausgestellter Gegenrevers der Markgrafen. Der Ort der Ausstellung wird darin Sehestede genannt.

XXXVII. Pápst Innocenz IV. genehmigt das Ehesorhaben des Grafen Heinrich von Anhalt und der Herzogin Mathilde von Braunschweig, zum Behuf der Ausöhnung des Grafen mit den Markgrafen von Brandenburg, welche letztere ihm jene Mathilde zur Ehe versprochen haben, am 18. Mai 1245.

Innocentius — Archiepiscopo Maguntino. Ad hoc Dominus in apostolica Sede constituit plenitudinem ecclesiastice potestatis, ut Romanus Pontifex, qui clauis in Beato Petro potestatis et discretionis accepit, nunc rigorem exerceat, nunc mansuetudinem anteponat. Idem enim consideratis circumstantiis uniuersis neutrum in altero derelinquens interdum flectit per mansuetudinem sic rigorem, quod non dissoluit eius nervus, sed prudenter attendit non solum personal sed causal etiam, cum quibus uidelicet et ex quibus dispensare disponit, ne sic dispense, ut dissipet, immo ne dissipet sic dispense, prout causarum diversitas diversis modis exegerit dispensandum. Sane dilecto filio Enrico Comite de Anhalt nobis innotuit intimante, quod effusa olim urna delectabilis ire Dei per angelum, cui datum est nocere, inter clare memorie patrem suum et Nobiles viros Marchiones de Brandenburg, dissensionis auctore dissensionis materiam seminante, graves guerre et inimicitie fuerint exorte, quarum occasione hinc inde strages hominum, et nonnulla pericula sunt secuta. Unde cum pax inter ipsos non potuerit aliter reformari, nisi quod dicti Marchiones nobilem mulierem Mathildam, natam nobilissimi viri Ducis de Brunswich, iuraverint sibi tradere in uxorem, ex parte ipsius Comitum sibi nobis humiliter supplicatum, ut cum ipse, ac eadem M. sibi ad invicem in quarto gradu consanguinitatis attinere noscantur, nec prius duxerit ad confirmationem huiusmodi